mitis d(omi)ni praecepta nunc spernis. Crudelis autem & inmitis tyranni · atque ini
micis salutis tue uoluntatib(us) parens, abiecti [ista] sua iugum [ue] xp(ist)i & duras ac ferreas
pro eo inposuisti ceruicib(us) tuis peccatorum cathenas. abiectionis [cista] leue hu
milis & mitis d(omi)ni & pro eo asinariam molam collo tuo adpendisti; Sed quousque per
pertendis. iam [ista] sta & desine infelicem animam sine respectu aliquo sine ulla recorda
tione demergere. quousque purgeres & p(re)cipitas in interitum tuum; & quidem
mulier illa que in euangelio d(omi)ni dragmam quam perdiderat inuenit. conuo
cat uicinas & amicas ut congratulentur ei; Ego autem conuocabo amicos
tuos meos que & uicinos nostros & deprecabor eos conuenire, non ut gaudeant
sed ut lugeant mecum, nec ut gratulentur sed ut lamententur. ingentem
planctum sublatis ad caelum una mecum uocib(us) reddant. dicant ad eos, ulu
late mecum amici & plangite profundite mecum fontes fletuum & producite
te flumina lacrimarum, non quia auri pondus inmensum nec argenti ta
lenta innumera amisi de manib(us) meis. non quod gemmarum [illegible] prae
ciosa perdiderim. sed quia horum omnium carior & omni auro omnique
gemma praeciosior amicus, qui una nobiscum uitae huius pelagus & mare
hoc magnum spatiosum que nauigabat. nescio quomodo lapsus usque in
ipsum fertur perditionis profundum. quod si aliqui ex amicis consolari me
uolunt & a lugendo prohibere. propheticis ad eos respondebo uocibus dicens.
Sinite me amarissime flere. nec persistatis consolari me. non enim lugeo
pro carnis affectu. nec planctu plango femineo ubi inmoderatio lacrimarum
culpabilis iudicatur. sed illud lugeo, quod & magnus ille & mirabilis apostolus pau
lus lugere se dicit · Cum scripsit, & lugeam omnes qui peccauerunt & non ege
runt paenitentiam, Nam & eos qui pro communi hac morte Carorum in
moderatis planctib(us) adfliguntur merito quis notabit. Ubi uero non corporis
sed animae uulnera lamentantur & talis animae quae [quam] in ipsa animae mor
te signa prioris pulchritudinis & admirandi decoris ostendat, atque extinc
tum in semet ipsa florem uirtutum indiciis adhuc spirantib(us) prodat. quis sit a cru
delis & ab affectu totius uirtutis alienus est. qui non moueatur ad luctum non
excitetur ad lacrimas. sicut enim pro morte communi filios officium est a la
crimis temperare. ita animae morte & talis animae consolationem recipere.
& insipiens & inreligiosum duco. quomodo enim non uidebitur sine inter
missione lamentandum [dus] Qui dudum omnem pulchritudinem in corporib(us) tam
quam in lapidibus aspiciebat. qui aurum sicut lutum uidebat. qui delicias
cunctas ut caenum respuebat. hic subito febribus libidinis ac uoluptatib(us) ad

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0351